

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

In parasitos. Emblema XCIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

In Parasitos.

EMBLEMA XCIII.



QUOS tibi donamus, fluuiales accipe cancos ;
 Munera conueniunt moribus ista tuis .
 His oculi vigiles , & forfice plurimus ordo
 Obelarum armatus , maximaq; alius adest :
 Sic tibi propensus stat pingui abdomine venter ,
 Pernicesq; pedes , spiculaq; apta pedi :
 Cum vagus in triujs , mensaq; sedilibus erras ,
 Inq; alios mordax scommata salsa iacis :

COMMENTARI I.

- I.** PINGITVR parasiticus habitus auli-
 cos, quia illud homini genus plerunq;
 aulis lectetur, ventre obelo, & prominente,
 progredienti sumis: qui in patina can-
 cotos fluuiales ferat.
- II.** NON est mihi dubium quin, cum au-
 ctor hic suum carmen cuderet, vel memo-

rix adiutus thesauro, egregiam Taciti de-
 scriptionem sibi tanquam archetypum sin-
 geret: sic enim ille lib. 1. §. 1. Annal. ubi de Ne-
 ron's lascinijs amplissimè: Vatinus inter
 foedissima eius aule ostenta fuit, succinae
 tabernae alumnus, corpore detorto, facetijs
 scurrilibus primo in contumelias illum-
 ptus,

Parasiti
 descri-
 ptio.

peus, deinde optimi cultusq; eriminatione
consq; valuit, vt gratia, pecunia, vi, nocen-
di etiam malis præmineret. Apparet hoc
susceptum esse in mordacem quendam &
α χαλίνυ σώματος scurtam, cui symboli-
cè caneros fluuiales dono dat, parasiticis
moribus apprimè respondentes. Decorum
itaq; seruat in eo, quòd rationem habeat
personæ, cui hæc tribuat. Nec malè illud
traduxeris ex libello Plutarchi, de discrimi-
mine adulatoris & amici, cuius verba sunt:
Ego verò noui quendam, qui vxorē suam
eiecerit, vt amicus item suam repudiaret.
Deprehensus est autem clanculum ad il-
lā commeare, vel ad se accersere, id quod
etiam ab amici vxore animaduersum est,
Vsq; adeo non nouerat adulatoris inge-
nium, qui credidit hos versus Iambicos
magis conuenire cancro, quàm asētatorii:

*Est venter omne corpus, vndiq; obtuens
Oculus, suisq; bestia reptat dentibus.*

Nam huiusmodi quidem est imago para-
siti & amicorum, qui patellam sequuntur,
& ad prandia prestō sunt, quemadmodum
inquit Eupolis. Hæc Plutarchus. De adu-
latoribus festiua inuenies epigrammata,
lib. 1. Florileg. tit. εις κόλακας. Vide etiam
adagium, Polypi.

III.
Parasiti-
us.

IN Parasitos] Parasitus, Græca est di-
ctio, παράσιτος, qui aliorum mensas & ci-
baria sectatur. Cōponitur ex παρά, quod
significat iuxta, & σιτός, quod esculentum
significat: quare parasiti vocantur, qui ad
voluptatem eius, in cuius contubernio sūt
loquuntur & faciunt, nihil repugnantes
cibi & ventris gratia. Hi estī olim serui nō
erant, tamen maximè seruiles habebantur,
quippe qui libertatem offa venalem habe-
bant, eiusque gratia præter irritum, dictē-
ria, colaphos, etiam ollas sibi in caput con-
fringi permittebant; quod non obscurè in-
nuit Plautus in Captiuis. Insuper hæ ollæ
erant repleta cinere, vt nimirum eo per to-
tum corpus effuso maiorem risum prebi-
toribus suis exhiberent. Ad quod alludit
idem Plautus Curcul. Homerus primus
parasitum induxisse videtur, quem appel-
lauit εἰδος εἰς ἀπινασάν, amicū mensa-
lem. Sinopeus Diodorus facit è admodum
reliquis artes non à dijs, sed à sapientibus
excogitatas videri dicit; verū parasiticā
esse Philij Iouis inuentus. Parasiti etiam
olim dicebantur, vt prodidit Crates, qui
sacro frumento colligendo præficiēbātur,

Parasiti-
ca inuen-
tor.

Cæli. Rhodig. lib. 12. cap. 1.

Fluuiales caneros] De caneris vide Plin-
nium lib. 9. cap. 31. vbi leges aliquos can-
eros Hippos vocati, tantæ velocitatis, vt
consequi non sit. Vnde apertior erit com-
paratio, ad parasitum, cui Alciatus perni-
ces pedes tribuit. Cæros præterea graphi-
cè describit Calenius:

*Illis dena pedum vestigia, denaq; in arcus
Crura recuruantur, laterumq; à margine
ludunt,*

Ambiguumq; iter est, &c.

Munera conueniunt moribus] Cancer
enim animal est aquaticum, oculos semper
habens apertos, forcices dentatos atq; ac-
tos pro armis, ventrem magnum, & octo
pedes: sic etiā parasitus, qui adulādo hinc
inde victum querit, oculos habet admo-
dum vigilātes, ob ventris repletionem om-
nia perlustrans; nec desunt spicula nociua,
dum enim cibi gratia huic applaudit, alte-
ri maledicit; ventri insuper & gulæ totus
deditus: vt denique cancer plures, sic ille
per omnia loca celeres pedes habet.

His oculi &c.] Sic ordino: *His*, scilicet
canceris, *oculi vigilantes sunt*, & *ordo plurimus
chelarum armatus forcice.*

Vigiles] aperti: quod refert parasitorum
vigilantiam in obseruandis aliorum men-
sis. Euolue proverb. ἀλλοτριοί φάγοι. in Chi-
liad. Sic vigilans oculos tribuit Famæ Virg.
lib. 4. Æneid.

Forfice plurimus ordo] ἀλλοτριοί ab e-
xercitu. Pedes enim habent cæri fluuiales
ad modum forcicis: Sanctius manuè lege-
re, *forcipe*, vt etiam in Plinio legit de can-
eris loco citato: Præterea bina brachia, dē-
ticulatis forcipibus. Sed non magni refert
quomodo legatur, vtrumq; enim instru-
mentum referunt cancerorum chelæ, nimi-
rum forcipis & forcicis; est autē forceps in-
strumentum bifidum, quo fabri clauos e-
moliuntur, quoque prunas aut cādens fer-
rum prehēdunt: *forfex* verò est instrume-
tum sartorum, quo pannum in commoda
frusta dissecant, & vsui aptant.

Chelarum] Chelæ dicuntur cancerorum
& scorpionū brachia, à Græco χελή, quod
etiam significat virgulam. Est etiam signū
cæleste, anterior scilicet pars scorpionis. Vn-
de Virgilius 1. Georg.

*Qua locus Erigonen inter, Chelasq; sequētes
Panditur:*

Maximæq; alius] id est, venter -
Propensus

Hippi go-
nus can-
erorum.

Caverè est
parasiti
comparati-
tio.

Forceps.

Forfex.

Chelæ.

Propensus venter] prominens, turgens.
Perfius Sat. 1.

Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extat.

Abdomē.

Pinguis abdomine] Abdomen proprie significat pinguedinem, quæ spinæ, ubi renes sunt, adheret; sic dictum, ut quidam volunt, quod abditum sit. Sed Celso lib. 4. cap. 1. Abdomen, ὀσφύς προῖον, est illa corporis humani pars, quæ à coxis & pubis sursum versus ad præcordia pervenit; ab exteriori parte eidente cute, ab interiori leui membrana inclusa, quæ omento iungitur, & περιτοναῖος dicitur. Hinc ab Anatomicis abdomen dicitur ea cavitas, quæ intus diaphragmate à thorace distinguitur, & circumscribitur à cartilagine eniformi, ossibus pubis & coxendicis, lumborum vertebra, & vtrinq; costis. Translatè ponitur pro vitio ventris: vnde Cicero pro Sestio dixit, in saturabile abdomen. Inde etiam dicimus. Abdomini indulgere, Abdomini inferuire, Abdomini operâ dare, Natus abdomini. Iuuenalis:

--- venter adest abdomine tardus.

Ausonius Eidylio 9. cui Mosella nomen:

--- Cui prodiga nutat

Aluus, opimatog; stuens abdomine venter. Et parasitus Eustathio dicitur γαστροπληξ, quod abdomini inferuiat.

Spiculaq; apta pedis] id est, dicteria & mordacia verbas habes in promptu: nã spicula missa volant, etiam volat irrevocabile verbum.

Cum vagus.] Horat. 1. Epistolar. bellè scurram ita descripsit:

Scurra de scriptio.

Scurra vagus, non qui certis præsepe teneret; Impransus, nõ qui ciuem dignosceret hostet; Qua libet in quævis opprobria fingere sauro: Pernicies & tæpestas, barathrumq; macelli. Parasitum quoq; eleganter describit Val. lib. 4. cap. 1. 1. Item Iuuenalis Sat. 3. & 4.

Mensaq; sedilibus erra.] Hinc epitheta, τραπέζοι γός, quod mensas illingat, & nidorem è cibus surgentem rabido ore carpit. Hinc δουράταξ, aut δουράταξ, quod foribus alienis insidietur, nempe qui fuerit aliena vivere quadra. Prou. Sartaginum pernicies.

Scommata.

Scommata salsa] Epitheti metaphora, à mordacitate salis Est autem σκώμμα, cauillum, sales, dicteria, à verbo σκώπτω, cauillor, dicteria iacio. De Scommatum autem generibus Macrobius Saturn. 7. c. 5.

DONAT Parasito caneros, ut per horum figuram graphicè depingat hominis importuni & obrectantis effrenatam licentiam, qui ad quæstum & ventrem omnia conferat sua studia, ut alijs, & plerumque etiam præsentibus obloquatur, in quos eia culetur molesta & acria quædam dicteria. **IV. Licentia nimia parasiti.**

Id autem genus hominum si quãdo iocandi fines transiliant, ita ut è salibus hilaritate acceptis, & datis, ad scommata mordacia se cõferant, iam tum fastidio esse nõ ab re incipiunt: nec enim sapiunt, qui ijs omnia licere volunt, quãdoquidem nihil magis lubricum sit & importunum conuicio, quod quasi melle lituam mos ingreditur. Cauendum itaq; quàm fieri potest ab huiusmodi scurra & adulatoribus, qui omnia laudat, omnia assentatur, etiam iniqua & impia, ut placeat, probat, nihil non facit & perpetrat ventris gratia, in quo summam felicitatem constituit. Interim etiam contentem decipit, absentem rãdit & mordet; deinde se odiosum reddit, ac deniq; perditionem sibi ipsi acquirit. Lege parasitum Luciani. Bellè apud Plautum Captiuus, Parasiti initio ferè Actus 1. sic parasitus de se, mores, suæq; notæ hominibus:

Quasi mures semper edimus alieni cibum. Vbi res prolata sunt, cum rus homines eunt, Simul prolata res sunt nostris dentibus, Quasi cū caletur, cochlea in occulto latens, Suo sibi succo viuunt, vos si non cadit:

Item parasiti rebus prolatis latent In occulto miseri, visitant succo suo. Martialis in Philomusum scurram, lib. 7.

Quod te diripiunt potentiores, Per conuiuia, porricus, theatra, Et tecum quoties ita incidisti, Gestari iuuat, & iuuat lauari. Nolito nimium tibi placere,

Delectas, Philomuse, non amaris. Mordet ibi hominem fatuum, & vibanũ, in conuiujs alienis obertatem. Idem Martialis lib. 9. in quendam Cantharum: Coenes, Canthara, cum foris libenter, Clamas, & maledicis, & minaris. Deponas animos truces inonemus, Liber non potes & gulosus esse.

Horatius 2. Epist. 1. notam impressit, *Quãtus sit Dor senius edacibus in parasitis.* Nam & Philum mordet festiuè Martialis, eò quod numquam domi cenaret. Sed ad rem. D. Hieronymus ad Domnionem: Contra quemlibet passim in triuijs strepere, &

*Cancer
symbolū
inconstā-
tie .*


re, & congerere maledicta, non crimina,
scurrarum est & parasitorum. Porro can-
crum inconstantiæ symbolum facit Ioan-
nes cognomento Scholasticus, dum homi-
nem, qui modò risui indulgear, modò lu-
ctui, modò austeritati atq; temperantiæ se
reddat, modò delicijs diffuatur & volupta-
tibus implicetur, canero equiparavit, nunc
antè, nunc retrò, nunc in transversum gra-
dienti, mitaq; inconstantia vitam suam tra-

ducenti: quod idem & de parasitis nō ma-
lè dixeris, qui dum leuitate mimica omnia
imitantur, omnium mores induere nitun-
tur. De quo Horatius:

*Sic iterat voces, & verba cadentia tollit,
Ut puerum credas sauo dictata magistro
Reddere, vel partes mimū tractare secūdas.
Parasitos & adultores multos habes in Of-
ficina Textoris lib. 5. cap. 40.*

Paruam culinam duobus ganeonibus
non sufficere .

EMBLEMA XCIV.



IN modicis nihil est, quod quis lucretur: & unum
Arbustum geminos non alit erithacos.

A L I V D.

IN tenui spes nulla lucri est: unoq; residens
Arbusto gemina non bene ficedula.

COM-

COMMENTARI II.

I. **A** VICVLÆ duæ pro sede in ramo arboris dimicant; harum vna ramo infidet, altera vt infidere possit illam mordicus impugnat.

II. **DVO** Epigrammata, eiusdem penè seu *Fons Em- tentiæ*, desumpta videntur ex prouerbio *blematis*. Græco Zenodoti: *μία λόχυν & τριζει δύο εριθιακός*. Vnum arbutum haud alit duos erithacos. Vide etiam adagium, *Vna domus non alit duos canes*. Ad hoc eleganter allusit Aristophanes Vespis:

--- & γὰρ ἄν ποτε
τριζειν δύνατ' ἂν μία λόχυν κλοπτα
δύο. id est:

*Non enim fieri potest
Fures vt inquam saltu alit vnus duos.*

III.
Ganeo.

DVOBV'S *ganeonibus*] *Ganeo*, cui vitæ modus est culina, vt Varro describit, quam à M. Tullio sumatur etiam pro scortatore, qui prostibula & meretriculas assectatur. Est autem talis homo facilis, vorax, heluo, gula & luxui totus deditus, qui ingluuie illa sua nihil non abstulit & exhaustiua: tales itaq; plures non poterit nutrire vna vel tenuis culina.

In modicis] *rebus, vel negotijs.*
Et vnum arbutum &c.] Prouerb. est *Chiliad*. *Arbutum vnum non alit duos erithacos*. Cedrenus *πολλοί: αἰσῶν* detestans, hanc similitudinem vsurpauit: *δύο φασίν εριθιακός μία λόχυν οὐ τριζειν ἂν ἴε μία χόρα ἰσοδωθῆσεται ὑπὸ δύο κυβερνωμένων ἀρχόντων*. Vt vnum arbutum duos erithacos non alit: sic vnum regnum feliciter à duobus principibus administrari non potest.

Erithacos
εἶδος.

Erithacos] *Erithacos* auis est quædam solitaria, vt eodem in saltu nõ temerè nisi vna reperitur; quam Theodorus Gaza in Aristotele nunc *Siluiam*, nunc *Rubeculam* nominat: alteram à ruboris indicio, quod ex Græco nomine intelligitur. Sic quoq; Italis dicitur, *Petto rosso*. Germanis, *Rorbrustle*, *Rorkrapflin*. Huius meminit Plin. 10. c. 20.

In tenui spes, &c.] *Distichon* alterum eiusdem argumenti cum superiori, mutatis tantùm verbis. Alludit autem ad prouerb. *Tenuis spes*. Vide *Chiliad*.
Vnq; resistunt Arbutis.] *Prouerbiū*

aliud idem cum superioribus. Arbutum *Arbutis*, locus est arboribus confitus.

Ficedula] *Ficedula* à *ficibus* edendis *Ficedula*, nomen habet, cum tamè vuis potius vescatur. *Marial*. lib. 1.

Cum me ficus alat, cū pascat dulcibus vuis,

Cur potius nomen non dedit vna mihi?

Formam & colorem mutant *ficedule*. Nomen hoc solum autumno habent, postea

Melanocoryphi vocantur. Italis, *Beccafico*.

Germ. *Schneff*. Lege *Plinium* lib. 10. c. 29.

NON est multum lucri expectandum

ex rebus minimis, in quibus quanquã mul-

tum laboris & operæ collocetur, tamen fru-

ctus inde parum capitur. At in terum ma-

iorum administratione vtilitas multo cõ-

surgit vberior. Quamobrem vulgò varijs

conforti non esse locum dicamus: qualia

sunt ista, *Domus vna duos non alit canes,*

vt nec arbutum duos erithacos: Vno ramo

non bene sedent dua ficedula: & quod no-

states iocando effertur. Nostra ianua non

sustinet duos mendicos. Falluntur itaque,

qui è rebus minutis amplissimum expe-

ctant quæstum, præsertim si sit eodem stu-

dio conforti, vbi plerumq; res absq; inui-

dia transigi, nisi agrè, possit. Veluti nec re-

gnum, nec amor vilo modo socium parit-

ur, teste *Seneca*. Nõ regna, inquit, socium

ferre, nec tædæ sciunt. Et *Ouidius*:

Non bene cum socijs regna, Venusq; manet.

Vnde quoq; vulgatum illud:

Dum canis os rodit, socium què diligit odit.

Quod nos Germani sic effertimus;

Zwen hund an einen bein

bleiben selten vber ein.

Sic etiam est in re regni, quod pulchrè ex-

pressit *Lucanus* lib. 1.

Nulla fides regni socijs, omnisq; potestas

Impatiens consortis erit.

Quò etiam respexit *Alexander Magnus*,

cum ad monarchiam aspirans dixit, *Mun-*

dum non capere duos Soles. *Cicero* 1. *Of-*

fic. Quod enim est apud *Ennium*, *Nulla*

sancta societas, neque fides regni est, id la-

tius patet. Nam quidquid eiusmodi est, in

quo non possint plures excellere, in eo fit

plerumq; tanta contentio, vt difficillimum

sit sanctam seruare societatem.

IV.

*E rebus
minimis
parum lu-
cri.*

*Regna nõ
pariuntur
socijs, nec
amor.*